# IACOBI ZVINGERI
## *in Chymicorum principiorum Examen*

### PRAEFATIO.

QVOTIESCVNQVE de re Chymica attẽtiùs cogito, cogito autem freqũeter, memor ſum prę-cepti veteris, τὰ μὲν κοινὰ καινῶς, τὰ δὲ καινὰ κοινῶς. Cùm enim ea, quæ ſuis limitibus circũdat Chymia, plus in fronte nouitatis, quàm in receſſu varietatis obtineant, illius quidem ſectatores animaduerto, quæ cõmunia ſunt, & ab omni antiquitate viguêre, ceu forent noua, peculiari quodam agẽdi genio & ingenio, τὰ κοινὰ καινῶς, diligentiùs nimirum obire. At qui his ex aduerſo reſiſtunt, communiori viæ innutritos, omnem nouitatis ſpeciem, quantumuis ſolam ſpeciem,